



Universitätsbibliothek Paderborn

Svmmvla Caietani

Cajetan, Thomas

Antverpiae, 1575

Repræsalia species est belli particularis: & in ea potest freque[n]ter
iniquitas co[m]mitti.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41716

468 Religiosorum peccata.

Religiosi communiter solent in tribus offendere & peccare.

Religiosorum peccata specialia sunt in triplici dif-
ferentia. Nam quædā sunt cōmunia religiosis &
clericis: quæ vide in verbo, clericus. Quædā sunt com-
munia omnibus religiosis, vel ex tribus votis cōmu-
nibus omni religioso (vt sunt vota castitatis, pauper-
tatis, & obedientiæ) vel ex sacris canonibus concer-
nitibus specialiter religiosos: vt quæ sunt in Cle. re-
ligiosi, de ptiuile. videlicet. Quibus etiā (i. religiosis)
in virtute sanctæ obedientiæ & sub interminatione
maledictionis æternæ districtius inhibemus, ne in ser-
monibus suis ecclesiarū prælatis detrahant, aut etiam
retrahant laicos ab ecclesiarum suarum frequentia
vel accessu, seu indulgētias pronuntier indiscretas: néve
quum confectionibus testamentorū intereunt à re-
stitutionibus debitis aut legatis, matricibus Ecclesiis
faciendis retrahat testatores: nec legata vel debita aut
malè ablata incerta, sibi aut aliis singularibus sui ordi-
nis fratribus, vel conuentibus in aliorum præiudiciū
fieri seu erogari procurēt. Nec etiā in casibus sedi A-
postolicæ aut locorū ordinariis referuatis quenquam
absoluere, aut personas Ecclesiasticas præsertim corā
iudicibus delegatis à nobis suā contra eos iustitiam
prosequentes vexare indebitè, aut ad loca plura &
præsertim multū remota conuenire præsumant. Mul-
ta quoque recitata sunt superius in tractatu de excō-
municatione, quæ sunt sub excommunicationis latæ
sententiæ poena religiosis specialiter inhibita. Quædā
verò sunt propria istis religiosis ex propria sibi regula
aut constitutionibus, & hæc quilibet de seipso sciat.

*Repræsalia species est belli parti ularis: &
in ea potest frequenter iniquitas cōmitti.*

Repræ-

Repræsaliarum iniq[ue]itas frequens fortè est , vel quia iniustæ decernuntur , vt potè non propter constitutam culpam præsidentium negligentium facere iustitiam . Nam si non constet illos pura Florentinos culpabiles esse negligendo facere iustitiam populo Romano creditori Florentiæ , iniquæ essent repræsaliæ à Romanis contra Florentinos : sicut est in iustum bellum contra Florentinos sine culpa communicatis propter culpam alicuius particularis ciuitatis . Repræsalia enim est species belli particularis . Contingit quoque iniq[ue]itate in executione intervenire , vel in quantitate plus exigendo : vel in qualitate clericorum res accipiendo , clerci enim intelliguntur exempti à repræsaliis : vel in substantia , vt si facerent repræsalias non solum res sed personas accipiendo : quia in persona nec pater portat iniq[ue]itatem filii , nec filius patris .

Capita otto sunt in materia restitutionis consideranda.

Restitutio confessoribus saepè occurrit discussio- da , & necessaria est (quia non remittitur peccatum nisi restituatur ablatum) nec facilè potest quilibet discernere casus eius multos , & ex multis capitibus contingentes , ideo diffusiore opus est doctrina . Sunt igitur octo capita in restitutione consideranda , scilicet quis , quid , quantum , ubi quando , quomodo , & quo ordine .

Restitutionis facienda duplex est ratio .

Caput primum est quis tenetur ad restitutionem . Et quantum ad hoc notandæ sunt duæ radices restitutionis omnis . scilicet acceptio , & res : ita quod omnis restitutio aut est debita ratione acceptationis præcedentis , aut rationa rei acceptæ . Et extenditur hic acceptationis & accepti nomen ad omnem actionem

qua

dif-
is &
com-
mu-
per-
acer-
e.re-
osis)
ione
n ser-
tiam
entia
néve
à re-
clesis
a aut
ordi-
diciū
di A-
quam
corā
itiam
ra &
.Mul-
excō-
slata
uædā
egula
sciat.
: &
ti.
epres-